



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Venatio Sacra. Sive Puer Amissus

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Elegia XX. B. Virgo reperit tandem inter Doctores Puerum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70011)

Vt te iam reperit, quo viuet sospire sospes,
 Iam dare se rotam numquid auara neget?
 Ergo manu ne parce, genis ne parce, nec vlnis,
 Parce Puer vitae, pignora blanda youet.
 Aut si cor tenerum tantos non sustinet ignes,
 Dulce decus pulchro sic ab Amore mori est.

ELEGIA XX.

B. Virgo reperit tandem inter
Doctores Puerum.

1. B. Virgo optat Puerofaciles vias.
2. Spes monet eum agere Ierosolymæ.
3. Deprehendit inter Doctores.
4. Dubitat, num sit suus Filius.

Quà procul ignarâ fugit at iam Matre Puellus,
 Aut iter in Solymos triste reuoluit agros;
 Vos humili campo tumidi subhidite colles,
 Et campi facilè pandite colle viam:
 Vosque diu salebræ, queis petra stat horrida dumis,
 Florida gramineis vestiat herba toris;
 Mollia quo molli vestigia rerneret herba
 Iessëidesque Parens, Iessëidesque Puer:
 Si modo longinquis plaga diuidit auiaterris,
 Sed propior Solymis limes aderrat agris,
 Spes monet; vt florente sterit dux obuia cliuo,
 Stellæ comes pulchrâ lucida fronte micat.
 Flecte Sionæam cùrsum, pia Mater, ad ædem;
 Hic Puer ærumnis fida stat ara iuis.
 Pallidus hic Saræ coniux, quem perdat, Isacum
 Repperit; & IE 5 V S alter Isacus erit:
 Sera sed immitti quem mors hic destinat aræ,
 Æqua fauer Puer, quod sit iniqua viro.
 Huc age, Virgo, rotas: arcis Sionidis aram
 Insistit; rapidis metra petenda rotis.

Tc. 1105

Te tuus hic exspectat honos ; & nescia quæris ?
 En, radios spargit Matris ad ora suos.
 Curreret quid tardas, via quo vocat ardua, cursum ?
 Ilicò deprendes, quem tuus ambit amor.
 Fons hoc mente salit, tibi qui satur vbere riuo
 Pascet inexhaustam, ceu mare dulce, sicutim.
 Nempe Sionæas Gnatus tuus adsidet aras,
 Vnde trahit flammæ Agua cremanda suas.
 Hic quid agat, quæris ? cui parcum Numinæ nomen,
 Explicat æterni mystica iugissa Patris,
 Ille (vides?) medias inter pulcherrimus aras,
 Maximus in parua voce Magister adest.
 In Puer o canus stupet hinc, stupet inde magister,
 Et Sophiam, & cano pectora digna viro.
 Auditisne, sacram qui miserit æthere legem ?
 Hic ille est, cui mens formula legis erat.
 Mater & ipsa nouum bello stupet ore decorum,
 Quæque vount purum lumina blanda diem.
 Hæc sat vbi dubiâ cum mente reuoluit ad aras,
 Tum tacito tales missitat ore sonos :
 Credimus ? an somnus, vel opinio ludit amantem ?
 Nec quod adest, an amans error adesse velit ?
 Nec nisi fallacem Pueri vice cerno figuram ?
 Hæc mea lux, mendax lucis an ymbra meæ est ?
 Ipse Puer, Puer ipse redit : quid demoror anceps ?
 Tarda quid amplexus, Paruule, fraudo tuos ?
 Tunc ymbrâ propiore latus qui radit, Ioseph
 Admonet : è radijs noris adesse Deum,
 Quin etiam violas, myrrham, thyma, nardon, amomum
 Ambrosijs spirant enthea corda labris.
 Per sua tela tuum nosco, quem quæris, IE SVM ;
 Aurea tela, quibus vulnera figit Amor :
 Vulnera queis molles adlambit flama medullas,
 Flamma satas cœlo pascere digna faces ;
 Si tamen hæc sit flama, grauem quæ temperat æstum ?
 Credideram flammam, blanda sed aura rosa est.
 Par cui mala rosa, cui frons niter æqua ligistro,
 Lacteaque in puro pectore vena fluit.

Quid

Quid verat & suaves Puer, & rosa, spiret odores,
 Et pro lacte Parenſ nectar ut inde bibat ?
 Quin & crediderim, quod tu mirere, viator,
 Si quā viret ſacred ſylva, vel herba iugo :
 Versicolore liquens quisquis iam flore ſedet ros,
 Discolor ē pido gemmula fore ditet.
 Sin ſata flore caput dein gemma coronet IESV ;
 Quod modō gemma fuit, lucida ſtella micat.

ELEGIA XXI.

Dolor B. Virginis ē falsā quaſi opinio-
 ne; & gaudium ē Fueri occurſu: ſeu
 potiūs Virginis vmbra queri videtur.

1. M A R I A ſingit adhuc abeſſe Puerum ,
 & ob id vult rerum ordinem inuerti.
2. Sentit ad eſſe, ideoq; onnia ad gaudiū inuitat.
3. Letitia utriusque.
4. Filij maiestatem tandem Mater veneratur.

INcipe lugubres chorus Aliger ille querelas, 1
 Cui mea de partu gaudia cantus erant.
 Nunc ſuus, ah ! MARIAM liquit (quiſ credat?) IESVS:
 Nunc fit, quiſ fieri poſſe negabis opus.
 Luna redux de ſole nouos non colligat ignes,
 Nec de fonte cadat riuus, & amnis cat ;
 Flosque coīnam nullus viduam caput induat herbæ,
 Et fluat cibandis vix roſa nata rubis :
 Inuideatque meri roſeos ſibi Bacchus honores,
 Inuideat ſpicas & ſibi nuda Ceres.
 Nunc ſuus, ah ! MARIAM liquit (quiſ credat?) IESVS:
 Nunc fit, quiſ fieri poſſe negabis opus.
Heu ! quiſ adhuc memor vſque recursat imago doloris ?
 Non MARIÆ, id MARIÆ viſa ſed vmbra queri eſt.
 Incipe iucundos chorus Aliger ille canores , 2
 Cui mea de partu gaudia plauſus erant.
 Ante ſalix pinguem nunc induat vber oliuam,
 Omnis & ad virides floreat vlmus aquas ,

Vixus